



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

14 Iuramenti forma, quod reges Papae praestare tenentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

cap. quanto, de iureiur. & gloss in cap. dilecti, in ver. iuramenti. de major. & obed.

Romano Clementis. VIII. iussu edito. fol. 128.

12 Dividuntur ꝑ iuramenta in multas, & varias formas, de quibus per Felyn. in eod. cap. dilecti. numer. 1. & præstatur iuramentum, quandoque à supremis Principibus. Illud enim præstat futurus Imperator sub forma sequenti. ꝑ Ego Romanorum Rex, annuente Domino futurus Imperator, promitto, spondeo, & polliceor, atque iuro, coram Deo, & beato Petro, me de cætero protectorem, & defensorem fore summi Pontificis, & hujus S. R. E. in omnibus necessitatibus, & utilitatibus suis, custodiendo, & conservando promissiones, honores, & jura ejus, quantum divino suffultus adiutorio fuero, secundum leire, & posse meum, recta, & pura fide, sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia, ut in clem. uni post med. ver. Ego N. de iureiur.

14 Præstatur ꝑ iuramentum à Rege forma sequenti, Ego N. Deo annuente futurus Rex N. profiteor, & promitto coram Deo, & Angelis ejus deinceps legem, justitiam, & pacem, Ecclesie Dei, populoque mihi subiecto, pro posse, & nosse facere, ac servare, salvo condigno misericordie Dei respectu, sicut in consilio fidelium meorum melius potero invenire, Pontificibus quoque Ecclesiarum Dei, condignum, & Canonicum honorem exhibete, atque ea, quæ ab Imperatoribus, & Regibus ecclesiis collata, & reddita sunt, inviolabiliter observare, Abbatibus, comitibus, & vasallis meis, congruum honorem secundum consilium fidelium meorum præstare, sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia, in pontificali

15 Ab Episcopis ꝑ autem præstatur in forma sequenti. Ego N. electus ecclesie N. ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero Beato Petro Apostolo, Sanctæque Romanæ Ecclesie, & D. N. D. N. Papæ N. suisque successoribus canonicè intrantibus, non ero in consilio, aut consensu, vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, seu capiantur mala captione, aut in eos violenter manus quomodolibet ingerantur, vel injuriæ aliqua inferantur, quovis quæsito colore, consilium verò, quod mihi credituri sunt per se, aut Nuncios suos, seu litteras ad eorum damnum me sciente, nemini pandam, Papatum Romanum, & regalia Sancti Petri, adiutor eis ero ad retinendum, & defendendum, salvo meo ordine, contra omnem hominem, Legatum Apostolicæ Sedis in eundo, & redeundo honorificè tractabo, & in suis necessitatibus adjuvabo, iuro; honores, privilegia, & auctoritatem Sanctæ Romanæ Ecclesie Domini nostri Papæ, & successorum prædictorum conservare, defendere, augere, & promovere curabo, neque ero in consilio vel facto, seu tractatu, in quibus contra ipsum Dominum nostrum, vel eandem Romanam Ecclesiam aliqua sinistra, vel præjudicialia personarum juris, honoris, status, & potestatis eorum machinentur, & si talia à quibuscunque tractari, vel procurari novero, impediam hoc pro posse, & quanto citius poterò, significabo eidem Domino nostro, vel alteri, per quem possit ad ipsius notitiam pervenire, regulas sanctorum Patrum, decreta, ordinationes, sive dispositiones, reservationes, provisiones, & mandata Apostolica,